UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

### Cicero, Marcus Tullius

### Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma

M.T.Ciceronis epistolarvm ad T.Pomponivm Atticvm
liber sextvs.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

p̄ſertim cũ integrã rẽ,& cãm reliquerim.Reliqua ſunt domeſtica.De ῳδομύχῳ,ꝓbo idẽ qđ tu Poſthumię filię,qm̃ †Pomelia nugat̄.ſed vellẽ adeſſes.A Q.fratre his mẽſib⁹ nihil expecta ris.nã Taurus propter niueis ante menſem Iuniũ tranſiri non põt.Hermũ,vt rogas,creberrimis literis fulcio.P.Valerium negat habere quicq̃ Deiotarus Rex,eũq; ait ſe ſuſtẽtari.Cũ ſcies Romę intercalatũ ſit,nec ne,velim ad me ſcribas certũ,quo die myſteria futura ſint.Literas tuas minus paulo expecto,q̃ ſi Romæ eſſes,ſed tamen expecto. Vale.

†πότνιαι vngantur. Taurus niuoſus. Intercalatũ Myſteria.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER SEXTVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi tuas literas ad quintũ milliare Laodiceæ,quas legi libentiſſime,pleniſſimas amoris,humanitatis,officii,diligẽtię.Iis igit̄ reſpõdebo.Sic em̃ poſtulas,nec οἰκονομίαν meã inſtituã,ſed ordinẽ cõſeruabo tuũ.Recentiſſimas a Cibyrata meas literas habere ais ad.X.Cal.Octob.datas,& ſcire vis,tuas ego quas acceperim:omneis fere,quas cõmemoras,p̄ter eas,quas ſcribis Lẽtuli pueris,& Equotutio,& Brũduſio datas.Quare nõ οἴχεται tua induſtria,qđ vereris,ſed p̄clare ponit̄.ſiquidem id egiſti,vt ego delectarer.Nã nulla re ſum delectatus magis,q̃ meã βαθύτητα in Appio tibi,liberalitatẽ etiam in Bruto ꝓbari vehemẽter gaudeo,ac putarã ſecus.Appius em̃ ad me ex itinere bis,terve ὑπομεμψιμοίρους literas miſerat,ꝙ quædam a ſe conſtituta reſcinderẽ.Vt ſi medicus,cum ægrot⁹ alii medico tradit⁹ ſit,iraſci velit ei medico,qui ſibi ſucceſſerit,ſi quæ ipſe in curando conſtituerit,immutet ille:ſic Appius,cũ ἐξ ἀφαιρέσεως Prouinciã curarit,ſanguinẽ miſerit,qcqd potuit detraxerit,mihi tradiderit enectã,& πρὸς ἀνατρεφομένην.Ama me,non libẽter vidi.ſed modo ſuccẽſet,& modo gratias agit.Nihil em̃ a me fit cũ vlla illius cõtumelia:tantũmodo diſſimilitudo meę rationis offendit hominẽ.Quid em̃ poteſt eſſe tam diſſimile,q̃ illo imperãte exhauſtã eſſe ſumptib⁹,& iacturis Prouinciã:nobis obtinẽtibus eã,nũmũ nullũ eſſe erogatũ nec priuatim,nec publice?Quid dicã de illius p̄fectis?comitibus?legatis?quid etiã de rapinis?de libidinib⁹?de cõtumeliis?Nũc aũt domus mehercule nulla tãto cõſilio,aut tãta diſciplina gubernat̄,aut tã modeſta eſt,q̃ noſtra tota Prouincia.Hãc nõnulli amici Appii ridicule interpretãt̄,qui me idcirco putẽt bene audire velle,vt ille male audiat:& recte facere non meæ laudis,ſed illius cõtumelię cauſa.Sin Appius,vt Bruti literę,quas ad te miſit,ſignificabant,gratias nobis agit,non moleſte fero.ſed tñ eo ipſo die,quo hæc ante lucẽ ſcribebã,cogitabã eius multa inique conſtituta,& acta tollere.Nunc venio ad Brutũ,quẽ ego omni ſtudio,te auctore,ſum cõplexus:quẽ etiam amare cœperam,ſed dico reuocaui me,ne te offenderẽ.Noli enim putare me quicq̃ maluiſſe,q̃ vt mandatis tuis ſatiſfacerẽ,nec vlla de re plus laboraſſe.mandatorum autem mihi libellum dedit,iiſdẽq; de reb⁹ tu mecũ egeras.Omnia ſum diligentiſſime perſecutus.Primũ ab Ariobarzane ſic cõtendit,vt talenta,q̃ mihi pollicebat̄,illi daret:quoad mecũ Rex fuit,perbono loco res fuit.poſt a Põpeii ꝓcuratoribus ſexcentis premi cœptus.Pompeius autem cum ob cæteras cauſas plus poteſt vnus,q̃ cæteri omnes,tum ꝙ putatur ad bellũ Parthicũ eſſe vẽturus.ei tamen ſic nunc ſoluitur,triceſimo quoq; die talẽta Attica.XXXIII.& hoc ex tributis.Nec id ſatis efficitur in vſurã mẽſtruã.ſed Cn.noſter clemẽter id fert:forte cauet vſurę,nec ea ſolida cõtẽtus eſt.Alii neq; ſoluit quicq̃,nec poteſt ſoluere.Nullũ.n.ærariũ,nullum vectigal habet.Appii inſtituto tributa imperat:ea vix in fœnus Põpeii qđ ſatis ſit,efficiunt.Amici Regis duo,treſve perditi ſunt,ſed ii ſuũ tã diligẽter tenent,q̃ ego,aut tu.Equidem nõ deſino tñ per literas rogare,ſuadere,accuſare Regẽ.Deiotarus etiã mihi narrauit ſe ad eũ legatos miſiſſe de re Bruti,eos ſibi reſpõſum retuliſſe,illũ nõ habere.& mehercule ego ita iudico,nihil illo regno ſpoliatius,nihil Rege egentius.Itaq; aut tutela cogito me abdicare,aut,vt ꝓ Glabrione Scæuola,fœnus,& impẽdiũ recuſare.Ego tñ quas pro te Bruto ꝓmiſerã p̄fecturas,Marco Scaptio,& L.Ganio,qui in regno rem Bruti ꝓcurabant,detuli.nec enim in Prouincia mea negotiabantur.Tu autẽ meminiſti nos ſic agere,vt quot vellet p̄fecturas ſumeret,dum ne negotiarent̄.Itaq; duas ei p̄fecturas dederam,ſed ii,q̄bus petierat,de Prouincia deceſſerãt.Nũc cognoſce de Salaminiis,qđ video tibi etiã nouũ accidiſſe,tãq̃ mihi.Nũq̃.n.ex illo audiui vllã pecuniã eſſe ſuã.Quin etiã libellũ ipſi⁹ habeo,in quo ẽ.Salaminii pecuniã debẽt M.Scaptio & P.Mati

Audire bene & male. Vſura mẽſtrua. Spoliatius

nio familiaribus meis.eos mihi cōmēdat.adſcribit etiā,& quaſi calcar admouet,interceſſiſſe ſe pro iis magnā ꝑcuniā. Cōfecerā,vt ſoluerēt cēteſimis ſexennii ductis cū renouatione ſingulorꝫ annorū.At Scaptius quaternas poſtulabat:metui,ſi impetraſſet,ne tu ipſe me amare deſineres.nam ab edicto meo receſſiſſem,& ciuitatē in Catonis,& in ipſius Bruti fide locatā, meiſq; beneficiis ornatā,funditꝰ ꝑdidiſſem. Atq; hoc tempore ipſe impingit mihi epiſtolā Scaptius Bruti,rem illam ſuo ꝑiculo eſſe.Qđ nec mihi vnq̄ Brutꝰ dixerat,nec tibi etiam, vt p̄fecturā Scaptio deferrē:id vero ꝑ te exceꝑeramꝰ negotiatori. qđ ſi cuiq̄,huic tū nō.Fuerat enim p̄fectus Appio,& quidem habuerat turmas equitū,quibus incluſum in curia Senatum Salamine obſederat,vt fame Senatores quinq; necarent.Itaq; ego,quo die tetigi Prouīciam,cū mihi Cyprii legati Epheſum obuiā veniſſent,literas miſi,vt equites ex īſula ſtatim decederent.His de cauſis credo Scaptiū iniquius de me aliq̄d ad Brutū ſcripſiſſe: ſed tamen hoc ſum animo,ſi Brutꝰ putabit me quaternas cēteſimas oportuiſſe decernere,qui tota Prouincia ſingulas obſeruarem,idq; edixiſſem,idq; etiā acerbiſſimis fœneratoribꝰ ꝓbaret:ſi pręfecturam negotiatori denegatam queretur,qđ ego Torquato noſtro in T.Lemnio,Pompeio ipſi in Sex.Stathio negaui,& iis ꝓbaui:ſi eq̄tes deductos moleſte feret : accipiā equidē dolorem,mihi illū iraſci,ſed multo maiorē,non eſſe eum talem,qualē putaſſem.Illud quidem fatebitur Scaptius,me ius dicente,ſibi omnem ꝑcuniā ex edicto meo auferendi poteſtatē fuiſſe.Addo etiam illud,qđ vereor tibi ipſi vt probem:cōſiſtere vſura debuit,quę erat in edicto meo,deponere volebant.Impetraui ab Salaminiis,vt ſilerēt.Veniā illi quidem mihi dederūt: ſed q̄d iis fiet,ſi huc Paulus venerit?Sed totū hoc Bruto dedi,q̄ de me ad te humaniſſimas literas ſcripſit.Ad me aūt,etiam cum rogat aliquid,contumaciter,arroganter,ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere.Tu autē velim ad eū ſcribas de his rebus,vt ſciam quomodo hęc accipiat.facies em̄ me certiorem.Atq; hoc ſuperioribꝰ literis ad te diligenter ꝑſcripſeram:ſed plane te intelligere volui,mihi nō excidiſſe illud,qđ tu ad me q̄buſdā literis ſcripſiſſes:ſi nihil aliud de hac Prouincia,niſi illiꝰ beneuolētiā reportaſſem,mihi id ſatis eē.Sit ſane, quoniā ita tu vis, ſed tamē cū eo credo,qđ ſine ꝑccato meo fiat.Igit̄ meo decreto ſoluta res Scaptio ſtatim:q̄ decretū ſit,tu iudicabis.ne ad Catonē q̄dem ꝓuocabo.Sed noli me putare ἐ[illegible]κελεύσματα illa tua abieciſſe,q̄ mihi in viſceribꝰ hęrēt.Flens mihi meā famā cōmēdaſti.quæ ep̄la tua eſt,in q̄ nō mētionē facias?Itaq; iraſcat̄ q̄ volet,patiar.τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ,p̄ſertim cū ſex libris tanq̄ prædibus me ipſum obſtrixerim,quos tibi tam valde ꝓbari gaudeo.E quibus vnū ἱστορικὸν requiris de Cn.Flauio Annii filio:ille vero ante decemuiros non fuit.quippe qui Aedilis Curulis fuerit,qui magiſtratus multis annis poſt decēuiros inſtitutꝰ eſt.Quid ergo proficit,q̄ protulit faſtos?Occultatā putāt quodā tēpore iſtā tabulam,vt dies agēdi ꝑterent̄ a paucis. Nec vero pauci ſunt auctores Cn.Flauiū ſcribam , faſtos ꝓtuliſſe,actioneſq; compoſuiſſe,ne me hoc,vel potius Aphricanū(is em̄ loquit̄)cōmētū putes.οὐκ ἔλαθες. Illud de geſtu Hiſtrionis tu ſceleſte ſuſpicaris,ego ἀφελῶς ſcripſi.De me Imperatore ſcribis,te ex Philotimi literis cognouiſſe:ſed credo te iā in Epeiro cū eſſes,binas meas de oībus rebꝰ accepiſſe,vnas a Pindeniſſo capto,alteras a Laodicea,vtraſq; tuis pueris datas.quibꝰ de rebus ꝓpter caſum nauigādi,ꝑr binos tabellarios miſi Romā literas publice . De Tullia mea tibi aſſentior,ſcripſiq; ad eā,& ad Terētiā,mihi placere.Tu enim ad me,iā ante ſcripſeras. At vellē te in tuū veterē gregem retuliſſes.Correcta vero epiſtola Mēmiana,nihil negotii fuit.Multo em̄ malo hunc a Pōtidia,q̄ illū a Seruilia.Quare adiūges Aufiū noſtrū,hominē ſemꝑ amantem me,nūc credo eo magis,q̄ debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hęreditate creuiſſe: qui declarauit quāti me faceret cū ſępe,tū in Burſa.Næ tu me ſollicitudine magna liberaris. Furnii exceptio mihi nō placet,nec ego vllū aliud tempus timeo,niſi qđ ſolū ille excipit.Sed ſcriberē ad te de hoc plura,ſi Romę eſſes.In Pompeio te ſpem omnem otii ponere nō miror. ita res eſt,remouendūq; cenſeo illū diſſimulantē.Sed enim οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato.te enim ſequor σχεδιάζοντα.Cicerones pueri amant inter ſe,diſcūt,exercent̄:ſed alter,vti dixit Iſocrates in Ephoro,& Theopompo,frenis eget,alter calcaribus.Quinto togā puram Liberalibus cogitabam dare,mandauit enim pater:ea ſic obſeruabo,quaſi intercalatū non ſit.Dionyſius mihi quidem in moribus eſt.Pueri autem aiunt eū furenter iraſci,ſed homo nec doctior,nec ſanctior fieri poteſt,nec tui,meiq; amantior.Thermum,& Syluium vere audis laudari,valde ſe honeſte gerunt.Adde M.Nouium,Bibulum,me,ſi voles. Iam Scrofa vellem haberet,vbi poſſet. eſt enim lautum negotium.Cæteri infirmant πολίτευμα Catonis.

Ne ad Cato.quidem ꝓuocabo.

Sex libris q̄ ſi prędibus obſtrinxerim.

ἀφελῶς.

Creuiſſe amorem.

Burſa.

Amant inter ſe.

Toga pura.

Hortenſio ꝙ cauſam meam cõmendas,valde gratũ.De Amiano,ſpei nihil putat eſſe Diony-
ſius.Terentii nullũ veſtigiũ agnoui.Meragenes certe periit:feci iter p ei⁹ poſſeſſionẽ,in qua
animal reliquũ nullũ erat.Hoc non norã tum,cũ Democrito tuo locutus ſum. Rhoſii cau-
ſam mãdaui.Sed heus tu,quid cogitas infelicitatis?Lancibus,& ſplendidiſſimis caniſtris, nõ
oluſculis nos ſoles paſcere.Quid te in vaſis fictilibus appoſiturũ putẽ? κέρας Phœmio man-
datum eſt.reperiet,modo aliquid illo dignũ canat.Parthicũ bellũ impendet. Caſſi⁹ ineptas li
teras miſit,necdũ Bibuli erãt allatę:quibus recitatis,puto fore,vt aliqñ commoueat Senat⁹.
Equidem ſum magna animi pturbatione cõmotus:ſi,vt opto,non prorogatur noſtrum ne-
gotiũ,habeo Iuniũ,& Quintilẽ in metu.eſto,duos quidẽ mẽſes ſuſtinebit Bibulus.Quid illo
fiet,quẽ reliquero?prę̨ſertim ſi fratrẽ?quid me aũt,ſi nõ tam cito decedo? Magna turba eſt.
mihi tamen cum Deiotaro conuenit,vt ille in meis caſtris eſſet cũ ſuis copiis omnibus.Ha-
bet autẽ cohortes quadringentarias,noſtra armatura.xxx.equitũ erit ad ſuſtentãdũ quoad
Pompeius veniat,qui literis,quas ad me mittit,ſignificat,ſuũ negotiũ illud fore.Hyemãt in
noſtra Prouincia Parthi,expectaẽ ipſe Orodes.Quid quęris?aliquãtum eſt negotii.De Bibu
li edicto nihil noui præter illam exceptionem,de qua tu ad me ſcripſeras,nimis graui pręiu
dicio in ordinem noſtrũ.Ego tamẽ habeo ἰσοδυναμοῦσαν,ſed rectiorẽ ex Q.Municipii P.F.
edicto Aſiatico : extra q̃ ſi ita negotium geſtum eſt,vt eo ſtari non oporteat. Ex fide bona
multa,quę ſum ſecut⁹,Scęuolę miſi:niſi illud,in quo ſibi libertatẽ cẽſent gręci datã,vt Gręci
inter ſe diſceptẽt ſuis legibus.Breue aũt edictũ eſt propter hãc meã διαίρεσιν,ꝙ duob⁹ gene
ribus edicẽdũ putaui.quorum vnũ eſt prouinciale,in quo ineſt de rationibus ciuitatũ,de ęre
alieno,de vſura,de ſyngraphis.In eodẽ omnia de publicanis.Alterũ, quod ſine edicto ſatis
cõmode tranſigi non poteſt,de poſſeſſionibus hæreditatum,de poſſidendis bonis, magiſtris
faciundis,vendendiſq; ex edicto,& poſtulari,& fieri ſolet. Tertium de reliquo iure dicendo
ἄγραφον reliqui.Dixi me de eo genere mea decreta ad edicta vrbana accõmodaturũ. itaq; cu
ro,& ſatiſfacio adhuc omnibus.Gręci vero exultant ꝙ peregrinis iudicibus,vt ſuis vtuntur.
Nugatorib⁹ quidem,inquies.Quid refert?tũ ſe αὐτονομίαν adeptos putãt.Noſtri enim cre-
do graueis habent Turpionem ſutorium,& Vectium mancipem.De publicanis quid agam
videris quærere.habeo in delitiis,obſequor,verbis laudo,orno,efficio ne cui moleſti ſint.τὸ
παραδοξότατον vſuras eorum,quas pactionibus aſcripſerat,ſeruauit etiam Seruilius . Ego ſic
diem ſtatuo ſatis laxam:quã ante ſi ſoluerint,dico me centeſimas ducturũ:ſi nõ ſoluerint,ex
pactione.Itaq; & Græci ſoluunt tolerabili fœnore,& publicanis res eſt gratiſſima, ſi illa iam
habent†pleno modio,verborum honorem,inuitationem crebram.quid plura?ſunt omẽs ita †plena mo
mihi familiares,vt ſe quiſq; maximi putet.Sed tñ μηδὲν αὐτοῖς. ſcis reliqua.De ſtatua Aphri- dia.
cani,ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων.ſed me ipſum delectauit in tuis literis.Ain tu,Scipionem hic
Metellus proauum ſuum neſcit Cenſorem fuiſſe?Atqui nihil habuit aliud inſcriptum , niſi
Cenſoria ſtatua,quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt.In illa autem,quæ eſt ad πόδας ἡρα
κλέους, inſcriptum eſt Coſſ.quam eſſe eiuſdem,ſtatus,amictus,annulus , imago ipſa declarat.
At mehercule ego cum in turmam auratarum equeſtrium,quas hic Metellus in Capitolio
poſuit,animaduertiſſem in Serapionis ſubſcriptione Aphricani imaginem,erratum fabrile Erratum
putaui.Nunc video Metelli ἀνιστορησίαν turpem.Nam illud de Flauio,& faſtis,ſi ſecus eſt,cõ fabrile.
mune erratũ eſt,& tu belle ὑπόρκησας,& nos publicam prope opinionem ſecuti ſumus,vt mul
ta apud Gręcos.Quis em̃ non dixit εὔπολιν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade nauigante in Siciliam Eupolis.
deiectum eſſe in mare?Redarguit Eratoſthenes.Affert enim,quas ille poſt id tempus fabulas
docuerit.Num idcirco Duris Samius,hõ in hiſtoria diligẽs,ꝙ cũ multis errauit, irridetur? Duris Sa.
Quis Zaleucũ leges Locris ſcripſiſſe non dixit?Num igiẽ iacet Theophraſtus,ſi id a Timęo Zaleucus
tuo familiari reprehenſum eſt?Sed neſcire proauum ſuum Cenſorem fuiſſe turpe eſt,pſertim Locr.
cũ poſt eũ Coſ.nemo Cornelius illo viuo Cẽſor fuerit.Qđ de Philotimo,& de ſolutiõe HS.
XXX.ſcribis,Philotimũ circiter Calend.Ian.in Cherrhoneſum audio veniſſe:at mihi ab eo
nihil adhuc.Reliqua mea Camillus ſcribit ſe accepiſſe:ea q̃ ſint,neſcio,& aueo ſcire.Sed hæc
poſterius,& corã fortaſſe cõmodi⁹.Illud me mi Attice in extrema fere parte epiſtolę cõmo-
uit.Scribis em̃ ſic.τί λοιπόν; Deinde me obſecras amãtiſſime,ne obliuiſcar vigilare,& vt aĩad
uertã q̃ fiant.Num qd de quo inaudiſti?etſi nihil eiuſmodi eſt,πολλοῦ γε καὶ δεῖ.Nec em̃ me
fefelliſſet,nec fallet.Sed iſta admonitio tua tam accurata,neſcio qd mihi ſignificare viſa eſt.
De M.Octauio,iterum iam tibi reſcribo,te illi probe reſpondiſſe.paulo vellẽ fidẽtius. Nam

Cęlius libertũ ad me miſit,& literas accurate ſcriptas,& de Pãtheris,ſed a ciuitatibꝰ.Reſcri
pſi,alterũ me moleſte ferre,ſi ego in tenebris laterem,nec audiret Romę nullũ in mea Proui
cia nũmũ niſi in ęs alienũ erogari:docuiq; nec mihi ꝑcuniam licere,nec illi capere:monuiq;
eũ,quẽ plane diligo,vt cũ alios accuſaſſet,cautius viueret.Illud aũt alterũ, alienũ eſſe exiſti-
matiõe mea,Cibyratas imperio meo publice venari.Lecta tua epiſtola,gaudio exultat.Etẽ
ſcripta belle eſt,meq; apud eũ magna in gratia poſuit.Filiola tua gratũ mihi fecit, ꝙ tibi di
ligenter mãdauit,vt mihi ſalutẽ aſcriberes.Gratũ etiã Pylia:ſed illa officioſius,ꝙ mihi,quẽ
iãpridẽ nunq̃ vidit.igitur tu quoq; ſalutem vtriq; aſcribito.Literarũ datarũ prid.Calen.Ian.
ſuauẽ habui recordationẽ clariſſimi iuriſiurãdi,qđ ego non eram oblitus.Magnus enim prę
textatus illo die fuit.Habes ad omnia,nõ vt poſtulaſti,χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribꝰ re-
ſpõdimus.Ecce autem alia puſilla ep̃la,quã nõ relinquã ἀναντιφώνητον. Bñ mehercule potuit
Luceius Tuſculanũ,niſi forte ſolet cũ ſuo tibicine:& velim ſcire quis ſit ſtatus eius. Lentulũ
quidem noſtrũ p̃torẽ Tuſculanũ ꝓſcripſiſſe audio,cupio hos expeditos videre,cupio etiã Se
ſtiũ,addes etiã iis Cæliũ,quibꝰ omnibꝰ αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι,δεῖσαν δ᾽ ὑποδέχθαι.De Mẽmio
reſtituendo vt Curio cogitet,te audiſſe puto.De Egnatii Sidicini nomine,& nec nulla,nec
magna ſpe ſumus.Pinnaium,quẽ mihi cõmendas, diligentiſſime Deiotarus curat , grauiter
ægrũ.Reſpõdi etiam minori.Tu velim,dum ero Laodicep,ideſt ad Id.Maii, q̃ſæpiſſime mecũ
ꝑ literas colloquare:& cũ Athenas veneris (Iam enim ſciemus de rebꝰ vrbanis,de Prouin
ciis,quæ omnia in mẽſem Martium ſunt collata) vtiq; ad me tabellarios mittas.Et heus tu,

Talẽta Attica.

Ianuarios a Cæſare ꝑ Orodem talenta Attica.L.extorſiſtis:in quo, vt audio , magnũ odiũ
Pompeii ſuſcepiſtis.putat enim ſuos nummos vos comediſſe,Cæſarem in merito reædifican
do diligentiorem fore.Hoc ego ex P.Vedio magno nebulone,ſed Põpeii tñ familiari audi-

Eſſedum. Rheda. Cynocephalus. Vindillus. Lagunculæ matronarũ

ui.Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus Eſſedis,& rheda equis iũcta,& lectica,& fa-
milia magna,pro qua ſi Curio legem ꝑtulerit,HS.centena pendat neceſſe eſt.Erat pręterea
Cynocephalus in Eſſedo, nec deerãt Onagri.nũq̃ vidi hominẽ nequiorẽ.ſed extremũ audi.
Diuerſatus eſt Laodicep apud Põpeium.Vidi illũ ibi,ſua depoſuit cũ ad me ꝓfectus eſt.Mo-
ritur interim Vindillus,q̃ res ad Magnũ Põpeiũ ꝑtinere putabat.C.Vennonïꝰ domũ Vin
dilli venit.cum omnia obſignaret,in Vedianas res incidit.In his inuẽtę ſunt quinq; lagũcu
lę matronarũ,in quibus vna ſororis amici tui hominis Bruti,q hac vtatur, & illius Lepidi,
q hęc tã negligẽter ferat.Hęc te volui ἱστορῆσαι.Sumus.n.ambo belle curioſi.Vnũ etiã ve-
lim cogites.Audio Appiũ προπύλαιον Eleuſine facere:nũ in Epeiro fuerimꝰ,ſi nos quoq; Ace
demię fecerimus! Puto inquies.ergo id ipſum ſcribes ad me.Equidem valde Athenas ipſas
amo.Volo eſſe aliquod monimentum:odi falſas inſcriptiones ſtatuarũ alienarum.ſed vt ti-
bi placebit,facieſq; me in quem diem Romana incidunt myſteria,certiorẽ,& quomodo hye
maris.Cura vt valeas.Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto.

T.P.ATTICO.

CVm Philogenes libertus tuus Laodiceã ad me ſalutãdi cauſa veniſſet,& ſe
ſtatim ad te nauigaturũ eſſe diceret,has ei literas dedi,quibus ad eas ſcri-
pſi,quas acceꝑam a Bruti tabellario . Et reſpondebo primum poſtremæ
tuæ paginæ,quæ mihi magnæ moleſtię fuit.Qꝫ ad te ſcriptum eſt ab Cin-
cio de Stathii ſermone,ĩ quo hoc moleſtiſſimũ ẽ, Stathiũ dicere a me quo
q; id conſilium probari . De iſto autem hactenus dixerim, me vel plurima
vincula tecum ſummæ coniunctionis optare,& ſunt amoris arctiſſima.Tantum abeſt,vt ego
ex eo,quo aſtricti ſumus,laxari aliquid velim.Illum autem multa de iſtis rebus aſperius ſole
re loqui,ſæpe ſum expertus,ſæpe etiã leniui iratũ.Id ſcire te arbitror . In hac aũt peregrina-
tione militiave noſtra,ſępe incẽſum ira vidi,ſæpe placatum. Quid ad Stathiũ aſcripſerit ne
ſcio,quicquid acturus de tali re fuit,ſcribendum tamen ad Libertum non fuit.Mihi aũt erit
maxime curę,ne qd fiat ſecus,q̃ volumꝰ,q̃q̃ oportet.Nec ſatis eſt in eiuſmodi re,ſe queq; ꝓ-
ſtare,ac maximę partes iſtius officii ſunt pueri Ciceronis,ſiue iam adoleſcentis,qđ quidẽ il-
lum ſoleo hortari,ac mihi videtur matrem valde,vt debeat,amare,teq; mirifice. Sed eſt ma
gnũ illud quidẽ,verũtamen multiplex pueri ingenium.quo ego regendo habeo negotii ſa-
tis.Qm̃ reſpõdi tuæ paginæ poſtremæ prima mea,nunc ad primam reuertar tuam.Pelopõ-
neſias ciuitates omneis maritimas eſſe hominis nõ nequã,ſed etiã tuo iudicio probati,Di-
cęarchi tabulis credidi.is multis noibꝰ in Trophonia Nacheronis narratiõe gręcos in eo re

prehẽdit,ꝙ mare tã ſecuti ſunt,nec vllum in Peloponeſo locũ excipit.Cum mihi auctor pla
ceret:Etem̃ erat ἱϛορικώτατος, & vixerat in Peloponeſo: admirabar tñ,& vix aggrediẽs cõ
municaui cũ Dionyſio:atq; is primo eſt cõmot⁹,deinde ꝙ tũ de iſto Dicęarcho nõ min⁹ be-
ne exiſtimabat,q̃ tu de C.Veſtorio.Ergo de Meluino nõ dubitabat,quin ei crederemus. Ar
cadię cenſebat eſſe Lepreon quoddã maritimũ.Tene aũt,& Aliphera,& Tritia νεόκτιϛα, ei vi
debant̃,idq; ἐκ τῶν νεῶν καταλόγῳ cõfirmabat,vbi mẽtio nõ fit iſtorũ.Iſtũ itaq; ego locũ toti
dem verbis a Dicęarcho trãſtuli,Phliaſios dici ſciebã,& ita fac vt habeas,nos qdẽ ſic habe-
mus.Sed ꝓ primo me ἀναλογία deceꝑerat φλιοῦς, ὀποῦς, σιποῦς, ὀποῦντος ὀπουντίου.Sed hoc cõ
tinuo correximus.Lętari te noſtra moderatione,& cõtinẽtia video.Tum id magis faceres,ſi
adeſſes.atq; hoc foro qđ egi ex Id.Feb.Laodiceæ ad Cal.Maii omniũ Diœceſum p̃ter Cilicię
mirabilia quædã effecimus.Ita multę ciuitates omni ære alieno liberatę,multę valde leuatæ
ſunt,oẽs ſuis legibus,& iudiciis ſuetæ αὐτονομίαν adeptæ,reuixerũt.His ego duobus generi
bus facultatẽ ad ſe ære alieno liberãdas,aut leuãdas dedi.immo ꝙ oĩno nullus in imꝑio
meo ſumptus factus eſt.nullũ cũ dico,nõ loquor ὑπερβολικῶς. nullus inquã ne Teruncius q
dem.Hac autẽ re incredibile eſt quãtũ ciuitates emerſerint. Acceſſit altera.Mira erãt in ciui
tatibus ipſorũ furta gręcorũ,q̃ magiſtratus vi fecerant.Quęſiui ipſe de iis,q annis decẽ pro
ximis magiſtratũ geſſerant,aꝑte fatebant̃.Itaq; ſine vlla ignominia ſuis humeris ꝑcunias
populis ꝛetulerũt.Populi autẽ nullo gemitu publicanis,qbus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerãt,
etiam ſuꝑioris luſtri reddiderũt.Itaq; publicanis in oculis ſumus,gratis inquis viris, ſenſi
mus.Iã cętera iuriſdictio nec imꝑita,nec demẽs cũ admirabili facilitate.Aditus autẽ ad me
minime ꝓuinciales,nihil per Cubiculariũ,ante lucem inambulabã domi,vt olim cãdidatus. Cubicularius.
Grata hęc,& magna,mihiq; nõdũ laborioſa ex illa vetere militia.Non.Maii in Ciliciam co-
gitabam:ibi cũ Iunium mẽſem cõſumpſiſſem,atq; vtinã in pace(magnum em̃ bellũ impendet
a Parthis) Quintilẽ in reditu ponere.Annuę em̃ mihi oꝑę ad.III.Calen.Sextil.emerentur. Emereri.
Magna autem in ſpe ſum,mihi nihil tẽporis ꝓrogatũ iri.Habebã acta vrbana vſq; ad Non.
Mart.ex quibus intelligebã Curionis noſtri conſtãtia,oĩa potius actũ iri,q̃ de Prouinciis.Er
go,vt ſpero,ꝓpediẽ te videbo.Venio ad Brutũ tuũ,immo noſtrũ,(ſic em̃ mauis)equidẽ oĩa
feci,q̃ potui aut in mea Prouincia ꝑficere,aut in regno expꝑiri.Oĩ igit̃ modo egi cũ Rege,
& ago quotidie,ꝑ literas ſcilicet.Ipſum em̃ quatriduũ mecũ habui turbulẽtis in rebus,qui
bus eũ liberaui.Sed & tũ p̃ſens,& poſtea creberrime nõ deſtiti rogare,& ꝑtere mea cauſa,
ſuadere,& hortari ſua.Multũ ꝓfeci,ſed quãtũ,non plane(qa longe abſum) ſcio. Salaminios
autem(hos enim poterã coercere)adduxi,vt totum nomen Scaptio vellent ſoluere.ſed cen
teſimis ductis a ꝓxima quidem ſyngrapha,nec ꝑpetuis,ſed renouatis quotannis numera-
bantur nũmi.Noluit Scapti⁹(Tu,q ais Brutũ cuꝑere?)aliquid ꝑdere.quaternas habebat in Quaternas in ſyngrapha.
ſyngrapha. fieri nõ poterat:nec ſi poſſet,ego pati poſſem.Audio omnino Scaptiũ pœnitere.
nam qđ S.C.eſſe dicebat,vt ius ex ſyngrapha diceret̃,eo cõſilio factũ eſt,ꝙ ꝑcuniã Salaminii
contra legẽ Gabiniã ſumpſerant.Vetabat autẽ A. Lexius dici de ita ſumpta ꝑcunia. Decre
uit igitur Senatus,vt ius diceret̃ iſta ſyngrapha.nũc iſta habet iuris idẽ qđ cæteræ,nihil p̃-
cipui.Hęc a me ordine facta,puto me Bruto ꝓbaturũ,tibi neſcio.Catoni certe ꝓbabo.Sed iã
ad te ipm̃ reuertor.Ain tandẽ Attice laudator integritatis,& elegantię noſtrę,auſus es hoc
ex ore tuo,inquit Ennius,vt equites Scaptio ad ꝑcuniã cogendã darem me rogare?an tu ſi
mecũ eſſes,qui ſcribis morderi te interdum,ꝙ nõ ſimul ſis,paterere me id facere, ſi vellẽ?Nõ
amplius,inquis,quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt.Quid tãdem iſti Cũ Spartaco minus multi primo.
mali in tam tenera Inſula non feciſſent?aut immo quid ante aduentum meum nõ fecerunt?
Incluſum in curia Senatũ habuerunt Salaminium,ita multos dies,vt interierint nõnulli fa
me.Erat enim pręfectus Appii Scaptius,& habebat turmas ab Appio.Id me igitur,tu cuius
mehercule os mihi ante oculos ſolet verſari cũ de aliquo officio,ac laude cogito,tu me in-
quam rogas pręfectus vt Scaptius ſit?At hoc ſtatueramus,negotiatorẽ neminẽ:idq; Bruto
probauimus.Habebat is turmas,cur potius,q̃ cohortes?ſumptuũ iã ne poſcet vades Scapti
us?Volunt inquit principes. ſcio,nam ad me Epheſum vſq; venerunt,flenteſq; equitũ ſcele
ra,& miſerias ſuas detulerũt.Itaq; ſtatim dedi literas,vt ex Cypro equites ante certã diẽ de
cederent.Ob eamq; cauſam,tum ob cęteras,Salaminii nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerũt.
Sed iam quid opus equitatu?ſoluunt enim Salaminii.niſi forte id volumus armis efficere,vt
fœnus quaternis centeſimis ducant.Et ego audebo legere vnq̃,aut attingere eos libros,quos

Dilaudo. tu dilaudas,ſi tale qd fecero! Nimis inquã in iſto Brutũ amaſti,dulciſſime Attice. nos vere
or,ne parũ.atq; hęc ſcripſi ego ad Brutũ,ſcripſiſſe te ad me.Cognoſce nũc cętera.ꝑ Appio
nos hic oĩa faciemus,honeſte tamẽ,ſed plane libenter.Nec eñ ipſum odimus,& Brutũ ama
Plus pluſq; mus,& Põpeius a me mirifice cõtendit, quẽ mehercule plus,pluſq; in dies diligo.C.Cęliũ q̃
in dies. ſtorem huc venire audiſti.Neſcio qd ſit,ſed Pãmenia illa mihi nõ placẽt.Ego me ſpero Athe
Pãmenia. nis fore menſe Septemb.tuorũ itinerũ tẽpora ſcire ſane velim . εὐήθειαν Sempronii Rufi co
gnoui ex epiſtola tua Corcyręa.qd quęris?inuideo potẽtię Veſtorii:cupiebã etiã nũc plura
Valebis. garrire,ſed lucet,vrget turba, feſtinat Philogenes.Valebis igit̃,& valere Pyliã,& Cęciliã no
Saluebis ſtram iubebis literis,& ſaluebis a meo Cicerone.
a meo Cic.

T.P.ATTICO.

ETſi nil ſane habebam noui,qđ poſt accidiſſet,q̃ dediſſem ad te Philo-
geni liberto tuo literas,tamẽ cũ Philotimũ Romã remitterẽ,ſcribẽdum
ad te aliquid fuit.Ac primũ illud,qđ me maxime angebat,nõ quo me ali
Lõge gẽtiũ quid iuuare poſſes,qppe res eſt in manibus, tu autẽ abes lõge gentium.
πολλὰ δὲ ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύματ᾽ εὐρείης ἁλός.obrepſit dies,vt
vides.Mihi eñ ad.III.Calen.Sextil.de Prouincia decedẽdũ eſt,nec ſucce
ditur.quẽ relinquã,q Prouincię prẽſit?ratio quidẽ,& opinio hominũ po
ſtulat fratrẽ.primũ q; videt̃ eſſe bonus,nemo igit̃ potior:deinde q; ſolũ habeo ꝑtoriũ. Ponti
nus eñ ex pacto,& cõuentu(nã ea lege exierat)iã a me diſceſſerat. Quęſtorẽ nemo dignum
putat.eteñ eſt leuis,libidinoſus, ſagax.De fratre aũt illud eſt primũ.pſuaderi ei nõ poſſe ar
bitror.odit enim Prouinciã,& Hercule nihil odioſius,nihil moleſti⁹.Deinde vt mihi hic no
lit negare,quidnã mei ſit officii,cũ bellũ eſſe in Syria magnũ putet̃,id videat̃ in hãc Prouin
ciam erupturũ,hic pſidii nihil ſit,ſumptus annuus decretus ſit.Videat̃ ne aut pietatis eſſe
meę fratrẽ relinquere:aut diligẽtię nugarũ aliqd relinquere!Magna igit̃,vt vides,ſollicitudi
ne afficior,magna inopia cõſilii.Quid quęris?toto negotio nobis opus non fuit.Quãto tua
Prouincia melior!Decedes,cum voles,niſi forte iam deceſſiſti:quem videbitur,pficies Theſ
protię,& Chaonię.Necdum ego tamen Quintum conueneram,vt ſi id iam placeret,ſcirem
poſſet ne ab eo impetrari:nec tamẽ,ſi poſſet,quid vellem habebam.Hoc eſt igitur eiuſmodi:
reliqua plena adhuc & laudis,& gratię,digna iis libris,quos tu laudas.conſeruatę ciuitates.
cumulate publicanis ſatiſfactum.offenſus cõtumelia nemo,decreto iuſto,& ſeuero perpauci:
nec tamẽ quiſq̃,vt queri audeat.Res geſtę dignę triũpho,de quo ipſo nihil cupide agemus:
ſine tuo qdẽ cõſilio certe nihil.Clauſula eſt difficilis in tradẽda Prouincia,ſed hęc de⁹ aliqs
gubernabit.De vrbanis reb⁹ ſcilicet plura,vt ſcis,ſępius & certiora audis.eqdẽ doleo nõ me
tuis literis certiorẽ fieri.huc eñ odioſa afferebant̃ de Curione,de Paulo:nõ quo vllũ piculũ
videã ſtãte Põpeio,vel etiã ſedente,valeat mõ,ſed mehercule Curionis, & Pauli meorũ fami
liariũ vicem doleo.Formã igit̃ mihi totius reip.ſi iã es Romę,aut cũ eris,velim mittas,q̃ mi
hi obuiã veniat,ex qua me fingere poſſim,& pmeditari,quo aĩo accedã ad vrbẽ.Eſt eñ qddã,
aduenientem non eſſe peregrinum,atq; hoſpitem.Et qđ pene præterii,Bruti tui cauſa, vt ſæ
pe ad te ſcripſi,feci omnia.Cyprii numerabant,ſed Scaptius centeſimis renouato in ſingulos
annos fœnore contentus non fuit.Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum,q̃ ꝑ
me in Brutum:quem tamen ego præſtare non poteram, erat enim Rex perpauper, aberam
q; ab eo ita longe,vt nihil poſſem niſi literis,quibus pugnare non deſtiti.Summa eſt hęc pro
ratione pecunię.Liberius eſt Brutus tractatus,q̃ Pompeius.Bruto curata hoc anno talenta
circiter.C.Pompeio in ſex mẽſibus promiſſa.CC.Iam in Appii negotio quantum tribuerim
Bruto,dici vix poteſt.Quid eſt igitur,qđ laborem?amicos habet,meras nugas.Scaptium , q
quia non habuit a me turmas equitum,quibus Cyprum vexaret,vt ante me fecerat,fortaſſe
ſuccenſet,aut quia præfectus non eſt,quod ego nemini tribui negotiatori.non C.Vennonio
meo familiari,non tuo M.Lemnio. & quod tibi Romę oſtẽderam,me ſeruaturum:in quo ꝑ
ſeueraui.Sed quid poterit queri is,qui auferre pecuniam cum poſſet,noluit?Scaptius,qui in
Cappadocia fuit?puto eſſe ſatiſfactum.Is a me cum tribunatum accepiſſet,quẽ ego ex Bruti
literis ei detuliſſem,poſtea ſcripſit ad me,ſe vti nolle eo tribunatu.Caius eſt quidam,cui cũ
prẽfecturam detuliſſem Bruti rogatu,multa & dixit,& fecit cum quadam mea contume
lia , P.Clodii cauſis.Is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt , nec cum poſtea in
caſtra veniſſet , atq; inde diſcederet , num quid vellem rogauit : & fuit aperte mihi,ne-

ſcio quare,nō amicus.Hunc ego ſi in pfectis habuiſſem,quē tu me hominē putares?qui,vt ſcis, potētiſſimorū hominū cōtumaciā nūq̄ tulerim,ferrē huius aſſeclę?Etſi hoc plus eſt q̄ ferre,tribuere etiā beneficii aliqd,& honoris.Igiť Caius,cū Apameę me nuper vidiſſet Romam pficiſcēs,me ita appellauit.culleolū vix auderē.Vnde,inquit,me iubes petere cibaria? Culleolum vix auderē. Profecto reſpōdi lenius,q̄ putabāt oportuiſſe,qui aderāt:me nō inſtituiſſe iis dare cibaria, quorū opera nō eſſem vſus.Abiit iratus.Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt,licebit eū ſolus ames,me æmulum nō habebis.ſed illum eū futurū eſſe puto,qui eſſe debet.Tibi tāmē cauſam notam eſſe volui,& ad ipſum hęc perſcripſi diligētiſſime omnino. Nebulo. ſoli enim ſumus.nullas vnq̄ ad me literas miſit Brutus,ne pxime quidē de Appio,in qbus nō ineſſet arrogans, ἀκοινώνητον aliqd. Tibi autē valde ſolet in ore eſſe.Grauius autē Non contemnere ſe,& Reges odiſſe ſuperbos.In quo tamē ille mihi riſum magis,q̄ ſtomachū moue re ſolet.Sed plane parū cogitat,qd ſcribat,aut ad quē.Q.Cicero puer legit,vt opinor, certe epiſtolā inſcriptā patri ſuo.ſolet em̄ aperire,idq; de meo cōſilio,ſi qd forte ſit qd opus ſit ſciri.In ea aūt epiſtola erat illud idē de ſorore,qd ad me:mirifice cōturbatū vidi puerū,lachrymans mecū eſt q̄ſtus.Quid q̄ris?mirā in eo pietatē,ſuauitatē,humanitatēq; pſpexi.quo maiorem ſpem habeo nihil fore aliter,ac deceat.Id te igiť ſcire volui,ne illud qdē ptermittā.Hortenſius filius fuit Laodiceę cū gladiatoribus flagitioſe,& turpiter.Hūc ego patris cauſa vocaui ad cœnā,quo die venit:& eiuſdem patris cauſa,nihil amplius.Is mihi dixit ſe Athenis me expectaturū,vt mecū decederet.Recte inquā.qd em̄ dicerē?Omnino puto nihil eſſe,qd dixit.Nolo quidē,ne offendā patrē,quē mehercule valde diligo.Sin fuerit meus comes,moderabor ita,ne qd eū offendā,quē minime volo.hęc ſunt.Etiā illud.Orationē Q.Celeris mihi velim mittas cōtra M.Seruiliū.Literas mitte q̄primum,ſi nihil fieri,vel per tuum tabellariū. Pylię,& filię ſalutē.Cura,vt valeas.

T.P.ATTICO.

Tarſum venimus Non.Iun.ibi me multa mouerūt,magnū in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia,mihi difficilis ratio adminiſtrandi , q paucos dies habebā reliquos annui muneris.Illud aūt difficillimū,relinquēdus erat ex S.C.q peſſet. Nihil minus pbari poterat,q̄ q̄ſtor Meſſinius,nā de Cælio nihil audiebam⁹.Rectiſſimū videbať Q.Fratrē cū imperio relinq̄re, in quo multa moleſta,diſceſſus noſter,belli piculū,militū improbitas,ſexcēta pterea alia.O rē totā odioſam.Sed hoc fortuna viderit,qm̄ cōſilio nō multū vti licet.Tu qn̄ Romā ſaluus,vt ſpero,veniſti,videbis,vt ſoles,oīa q̄ intelligis noſtra intereſſe.In primis de Tullia mea:cuius de cōditione qd mihi placeret,ſcripſi ad Terētiā,cū tu in Gręcia eſſes.Deinde de honore nr̄o. q.n.tu abſuiſti,vereor ne ſatis diligēter actū in Senatu ſit de literis meis.Illud pterea μυσικώτερον ad te ſcribā.tu ſagacius odorabere.τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δὲ, μήτι νοήσῃς εὖ δήπου τοῦτο προσκεψάμενος, τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλείας. nō queo tātū quātū vereor ſcribere.Tu autem fac,vt mihi tuę literę volēt obuię.Hęc feſtinans ſcripſi in itinere,atq; agmine.Pylię,& puellę Cæcilię belliſſimę ſalutem dices.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Nunc quidē pfecto Romę es,quo te(ſi ita eſt)ſaluum veniſſe gaudeo.Vnde quidē q̄diu abiſti,magis a me abeſſe videbare,q̄ ſi domi eſſes.Minus em̄ mihi meę notę res erāt,minus etiā publicę.Quare velim,etſi (vt ſpero)te hęc legente aliquantū tamē vię pceſſero,tamen obuias mihi literas q̄argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas.In primis de quo ſcripſi ad te antea τῆς ἀλόχου τῆς ἐμῆς, ὁ ἀπελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων ἐν τοῖς συλλόγοις καὶ ταῖς λέσχαις ὑπό τι διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. hoc tu indaga vt ſoles. Aſt hoc magis. ἐξ λόφους τειχῶν παρέδωκεν αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν Χερρονησιακῶν, καί τινας προνομίζεσθαι τῶν κλήρων. τούτου δὲ οὐδὲ ὀβολὸν διαλύεσθαι πάντων ὀφληθέντων τοῦ δευτέρου μισθοῦ τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὅλως χρημάτων πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώσῃς, δεύτερον δὲ ἵνα τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας. ὅπως αὐτὸν συνέγκαμεν.

σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καί τι σχεδὸν ἐλπίδας. ἀγνοοῦς δὲ,
ἀλόγως ἀπέσχ, ἔσκηπτον, αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. neq; obiurgauit. Vtere puer-
bio, τὰ μὲν διδόμενα. Reliqua vide, & quantũ fieri poteſt, pſpiciamus. Etſi annuũ tempus
eſt prope, tamẽ meritũ impleamus. dies eñ. XXXIII. erãt reliqui, ſollicitudine Prouincię ta-
men vel maxime vrgebamur. Cũ eñ arderet Syria bello, & Bibulus in tãto mœrore maximã
curam belli ſuſtineret, ad meq; legati eius, & quęſtor, & amici literas mitterẽt, vt ſubſidio ve
nirem, etſi exercitũ firmũ habebã, auxilia ſane bona, ſed ea Galatarũ, Piſidarũ, Lyciorũ (hęc
Q̃ proxi- enim ſunt noſtra robora) tamẽ eſſe officiũ meũ putaui, exercitũ habere q̃ proxime hoſtẽ, quo
me hoſtẽ. ad mihi præeſſe Prouincię p Sen. Con. liceret. Sed (quo ego maxime delectabar) Bibulus mo
leſtus mihi nõ erat. de omnibus rebus ſcribebat ad me potius, & mihi deceſſionis dies λελη
θότως obrepebat. Qui cũ aduenerit, ἄλλο πρόβλημα quẽ præficiã, niſi Cælius quęſtor venerit,
de quo adhuc nihil certi habemus. Cupiebam mehercule longiorẽ epiſtolam facere, ſed nec
Pu. articu- erat res, de qua ſcriberem, nec iocari præ cura poteram. Valebis igitur, & puellę ſalutem ar-
late dices. ticulate dices, noſtræq; Pyliæ.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO S.

EGo dum in Prouincia omnib⁹ rebus Appiũ orno, ſubito ſum factus ac-
cuſatoris eius ſocer. Id q̃dem, inquis, Dii approbẽt. Ita velim, teq; ita cu-
pere certo ſcio. Sed crede mihi, nihil minus putarã ego, q̃ de Cicerone, q̃
mecum egerat, certos homines ad mulieres miſerã, qui Romã venerũt
factis ſponſalibus. ſed hoc ſpero melius. Mulieres quidẽ valde intelligo
delectari obſequio, & comitate adoleſcẽtis. Cętera noli ἐξακανθίζειν. Sed
heus tu, πυροὺς εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Etſi nõ impediebant
mei certe libri: nõ eñ iſta largitio fuit in ciueis, ſed in hoſpites liberalitas: me tamẽ de Aca
demię προπυλαίῳ iubes cogitare, q̃m Appius de Eleuſine nõ cogitat. De Hortẽſio te certo
ſcio dolere, equidẽ excrucior: decreuerã eñ cũ eo valde familiariter viuere. Nos Prouinciæ
præfecim⁹ Cęliũ. Puerũ inquies, & fortaſſe fatuũ, & nõ grauẽ, & nõ cõtinentẽ. Aſſentior, fieri
non potuit aliter. nã quas multo ante tuas accepã literas, in q̃bus ἐπέχε interſcripſeras,
q̃d eſſet mihi faciẽdũ de relinquẽdo ea, q̃ me impugnabãt? Videbã eñ, q̃ tibi eſſent ἐποχῆς cau
ſę: & erãt eædẽ mihi puero ne traderẽ. Pręterea autẽ illud nõ vtile nobis: nã præter fratrẽ ne
mo erat quẽ ſine cõtumelia quæſtori, nobili pſertim anteferrẽ. tamẽ dũ impendere Parthi vi
debantur, ſtatuerã fratrẽ relinquere, aut etiã Reip. cauſa contra Sen. Con. ipſe remanere. qui
poſteaq̃ incredibili felicitate diſceſſerũt, ſublata dubitatio eſt. Videbã ſermones, Hui fratrem
reliq̃t? Nũ eſt hoc nõ plus annũ obtinere Prouinciã? Quid q̃ Senat⁹ eos voluit pẽſſe Prouin
ciis, q̃ nõ pfuiſſent? At hic trienniũ. Ergo hęc ad populũ. q̃d q̃ tecũ? nunq̃ eſſem ſine cura, ſi
quid iracũdius, aut cõtumelioſius, aut negligẽtius. Quę fortuita hominũ? q̃d ſi filius puer, &
puer bene ſibi fidens? q̃ eſſet dolor, quẽ pater nõ dimittebat, teq; id cẽſere moleſte ferebat? At
nunc Cęlius nõ dico equidẽ q̃d egerit, ſed tamẽ multo minus laboro. Adde illud: Põpeius eo
robore vir, his radicibus, Q. Caſſiũ ſine ſorte delegit, Cęſar Antoniũ, ego ſorte datũ offen-
derem, vt etiã inquirerẽ in eũ, quẽ reliquiſſem? Hoc melius, & huius rei plura exẽpla. Senectu
ti quidẽ noſtrę pfecto aptius. Ac te apud eũ, Dii boni, quãta in gratia poſui: eiq; legi literas
non tuas, ſed librarii tui. Amicorũ literę me ad triũphũ vocant: rẽ a nobis, vt ego arbitror,
propter hanc παλιγγενεσίαν noſtram non negligendam. Quare tu quoq;, mi Attice, incipe
hoc cupere, quo nos minus inepti videamur. Vale.

T. P. ATTICO.

QVint⁹ filius, ſuapte pie ſane, me quidẽ certe multũ hortãte, ſed currẽtẽ ani
mum patris ſui, ſorori tuę recõciliauit. Eũ valde tuę literę excitarũt. Quid
quęris? confido rem vt volumus, eſſe. Bis ad te antea ſcripſi de re mea fami
liari, ſi modo tibi redditę literę ſunt, gręce ἐν αἰνίγμασι. ſcilicet nihil eſt mo
uendũ: ſed tamẽ ἀφελῶς percontando de nominibus Milonis, & vt expediat
vt mihi recepit, hortãdo, aliq̃d ita tu pficies. Ego Laodiceæ q̃ſtorẽ Meſſiniũ
expectare iuſſi, modo ipſe venerit, vt cõfectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſſim
Eteſiæ. relinquere. Rhodũ volo puerorũ cauſa. inde q̃primũ Athenas, etſi Eteſiæ valde reflauerint.
Sed plane volo his magiſtratibus, quorũ volũtatẽ in ſupplicatione ſum expert⁹. Tu tñ mitte
mihi quęſo obuiã literas, nũq̃d putes Reip. nomine tardandũ eſſe nobis. Tiro ad te dediſſet

literas,niſi eum grauiter ægrum Eſeæ reliquiſſem.Sed nunciant melius eſſe ei,ego tamen angor:nihil enim illo adoleſcente caſtius,nihil diligentius.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm inſtituiſſem ad te ſcribere,calamũq; ſumpſiſſem,Batonius e naui recta ad me venit,dum eſſem Epheſi,& epiſtolã tuã reddidit prid.Cal.Octob.Lætatus ſum felicitate nauigationis tuę,opportunitate Pylię,etiã mehercule ſermone eiuſdẽ de cõiugio Tullię meę.Batonius aũt miros terrores ad me attulit Cęſarianos.Cũ Lepta etiã plura locutus eſt,ſpero falſa,ſed certe horribilia.Exercitũ nullo modo dimiſſurũ.Cũ illo Pr.Deſs.Caſſiũ Pr.Lentulũ COS.facere.Põpeio in animo eſſe vrbẽ relinquere.Sed heus tu,nũ quid moleſte fers de illo,q ſe ſolet anteferre puero ſororis tuę filio?at a ꝗbus victus?Sed ad rẽ.Nos Eteſię vehemẽtiſſime tardarũt.Detraxit viginti ipſos dies etiã Aphractus Rhodiorũ.Cal.Octob.Epheſo conſcendẽtes hãc epiſtolã dedimus L.Tarquinio ſimul e portu egrediẽti,ſed expeditius nauigãti.Nos Rhodiorũ Aphractis,cęteriſq; lõgis nauibꝰ trãquillitates aucupaturi eramus.Ita tũ ꝓperabamus,vt nõ poſſet magis.De Rãduſculo Puteolano gratũ.Nũc velim deſpicias res Romanas.Videas ꝗd nobis de triũpho cogitãdũ putes,ad quẽ amici me vocãt.Ego,niſi Bibulus,q dũ vnus hoſpes in Syria fuit,pedẽ porta nõ plus extulit,q̃ domo ſua, admirarer̃ de triũpho,ęquo aĩo eſſem.Nũc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν.Sed explora rẽ totã,vt quo die cõgreſſi erimus,cõſiliũ capere poſſimꝰ.At multa,q & ꝓperarẽ,& ei literas darẽ,q aut mecum,aut paulo ante vẽturus eſſet.Cicero tibi plurimã ſalutẽ dicit.Tu dices vtriuſq; noſtrũ verbis & Pyliæ tuę,& filię.Vale. Aphractus Rhodiorũ. Cic.ad triũphũ vocat̃.

T.P.ATTICO.

IN Piræea cũ exiſſem prid.Id.Octob.accepi ab Acaſto ſeruo meo ſtatim tuas literas:quas ꝗdẽ cũ expectaſſem iãdiu,admiratꝰ ſum,vt vidi obſignatam epiſtolã,breuitatẽ eius:vt aperui rurſus σύγχυσιν literularũ,q̃ ſolẽt tuę copioſiſſimę,& clariſſimę eſſe.Ac ne multa,cognoui ex eo,ꝙ ita ſcripſeras, te Romã veniſſe ad duodecimũ Cal.Octob.cũ febre.Perculſus vehemẽter,nec magis q̃ debui,ſtatim q̃ro ex Acaſto.Ille & tibi,& ſibi viſum,& ita ſe domi ex tuis audiſſe,vt nihil eſſet incõmode.Id videbat̃ approbare,quod erat in extremo, febriculam tũ te habentẽ ſcripſiſſe.Sed clamaui tamẽ,admiratuſq; ſum,ꝙ nihilo minus ad me tua manu ſcripſiſſes.Quare de hoc ſatis.Spero enim,quę tua prudentia,& tẽperantia eſt:hercule,vt me iubet Acaſtus,confido te iam,vt volumus,valere.A Turannio te accepiſſe meas literas gaudeo.προφύλαξον,ſi me amas,τὴν τοῦ φωρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα, hanc q̃ mehercule mihi magno dolori eſt.dilexi enim hominem.Procura(quantulacũq; eſt)Precianã hęreditatẽ,prorſus illam ne attingas.Dices nũmos mihi opus eſſe ad apparatũ triũphi: in quo,vt pręcipis,nec me κενὸν in expetendo cognoſces,nec ἄτυφον in abiiciendo.Intellexi ex tuis literis te ex Turannio audiſſe,a me Prouinciam fratri traditam.Adeon ego non perſpexeram prudentiam literarum tuarum?ἔπιστα, vt ſcribebas,quid erat dubitatione dignum?Si eſſet quicq̃ cur placeret fratrẽ,& talem relinqui.ἀθέτησις iſta mihi tua,non ἐποχή,videbat̃.Monebas de Quinto Cicerone puero,vt eum quidem ne vnq̃ relinquerem.τοῦτο μόνον ἐρῶν νυέ με.eadem omnia quaſi collocuti eſſemus,vidimus.Non fuit faciendum aliter,meq; ἐπιχρονία ἐποχή tua,dubitatione liberauit.Sed puto,te accepiſſe de hac re epiſtolam ſcriptam accuratius.Ego tabellarios poſtero die ad vos eram miſſurus,quos puto ante venturos, q̃ noſtrum Saufeium,ſed eum ſine meis literis ad te venire vix rectum erat.Tu mihi,vt polliceris de Tulliola mea,idem de Dolabella perſcribas, & de repub.quam præuideo in ſummis periculis:de Cenſoribus,maximeq; de ſignis,tabulis quid fiat referaturve.Id.Octob.has literas dedi,quo die,vt ſcribis,Cęſar Placentiam quattuor legiones.Quęſo quid nobis futurũ eſt macte ſcribas.Athenis ſtatio mea nunc placet.

Vale.